



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Clarissimi Viri Henr. Zoesii Amersfortii, In Academia  
Lovanensi I. V. D. Et Antecessoris Commentariis In Jus  
Canonicum Universum, Sive Ad Decretales Epistolas  
Gregorii IX. P. M.**

**Zoesius, Hendrik**

**Coloniae Agrippinae, 1691**

Titulus XXVI. De Officio Custodis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62329](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62329)

## **Tit. XXV. & seqq. De Offic. Prim. Sacr. Custod. Vicarii. 77**

Statutio eorum, qui à patronis præsentantur,  
ad eum non spectat jure communi.

Duplex est, alter habens in civitate Episcopali sacerdotalis officii directionem, & venit nomine Decani Urbanic. 3. eod. alter, qui extra sedem Episcopalem presbyterorum aliquorumque Clericorum, & plebis mores obseruat, de ceteris ad Episcopum referit, c. fin. b. 1. & vocatur Decanus Ruralis.

### **TITULUS XXV.**

#### **De Officio Primicerii.**

##### **SUMMARIUM.**

1. **Primicerius quis, & unde dictus.**
2. **Eius officium.**

PRIMICERII nomen aliqui compositum existimat, quasi primus in cera sive ceratis tabulis, aut scriptuā positus. Quod licet videatur rei respondere, rectius tamen dicerur esse simplex, & denotare primum in aliqua dignitate officio, aut ordine, utcerius tantum sit productio nominis: quod & probat Cuiac. ad rit. Cod. de Primicerio lib. 12. & Brisson. in lexico V. Primicerius. Frequens est hoc verbum in textibus juris civilis. Sic Primicerius defensorum, protectorum, domesticorum, & similiū. \* Hic denotat primum inter Clericos, & Diaconos, quibus praest in docendo, & quorum curam haberet, Deo pro animabus eorum rationem redditurus. Ad eum spectat ordo & modus canendi, de quibus cap. unicus hoc tit. & can. 1. 5. ad primicerium Dist. 25.

### **TITULUS XXVI.**

#### **De Officio Sacristæ.**

##### **SUMMARIUM.**

SACRISTUS custodiendis præpositorus Sacrista, cui incumbit cura sacrorum vasorum, vestimentorum, sacri etiam thesauri (unde & Thesaurarius dicitur) ac luminariorum. Subest Archidiacono cap. 2. hoc tit.

### **TITULUS XXVI.**

#### **De Officio Custodis**

CUSTODIS officium multa habet communia cum Sacrista, unde plerisque in locis tantum est alter eorum. Huius est pulsus campanarum ad horas Canonicas convocari ceterae; pallia, linctamina altaris custodire; lampades, ceteraque luminaria debito tempore accendere & extinguere, c. 1. b. iii. Qua alites atque aliter se habent pro locorum consuetudine, qua rationabilis iuri scripto derogat, ut dictum supra rit. de Consuet. Hujus etiam est decimas, oblationes inter fratres distribuere c. 2. b. 1. Negligentia ejus corrigitur ab Archidiacono, d. c. i.

### **TITULUS XXVII.**

#### **De Officio Vicarii.**

##### **SUMMARIUM.**

1. **Vicarius quis.**
2. **Sunt & Episcopo sui Vicarii.**
3. **Vicarii generalis officium & potestas.**
4. **An beneficia conferre possit.**
5. **An de causis matrimonialibus cognoscat.**
6. **An habens potestatem conferendi beneficia possit desistere.**
7. **Vicarium constituit Episcopus sine Capitulo.**
8. **Vicarius constitutus Clericus, non laicus.**
9. **Sacularius, non regularis.**
10. **Idque vel in causis spiritualibus, vel contentiousis, quis Officialis dicatur.**
11. **Vicarii huius est ordinaria jurisdictio.**
12. **Vicarii potestas non est perpetua.**
13. **Episcopo mortuo creandus novus Vicarius, vel continuandus à capitulo.**
14. **Vicaria alia perpetua, que non nisi una una concedenda, alia temporalis.**
15. **Vicarius perpetuus constituitur auctoritate Episcopi.**
16. **Non potest alium sibi Vicarium perpetuum subrogare.**
17. **Quo modo desistatur.**
18. **Vicarius ad tempus ex quibus causis constitutus.**